Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 73

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 158.

Cod: LXXIII

membr: 4. min: Saec: 14 & 15.

1. f. 2.

Elucidarium.

Elucidarium, seu Dialogus magistrum inter et discipulum Summam totius christianae Theologiae complectens. Incipit: "Gloriose „magister rogo te vt ad inquisita mihi ne „pigriteris respondere." Totum in codice nostro decem foliis absolvitur, quod tamen fusius exhibuit Gabr: Gerberon in edit: opp: S. Anselmi Paris: Fol: 1721. pag: 457. De authore hujus operis non constat. Gerberon de ipso hanc fert censuram:(a) "Hunc librum „Anselmi nomine insignitum Experiocus prae„lo primus commisit Paris: ao 1560. Unde post„ea inter S. Anselmi opera excusum est Colo„niae ao 1575. Quandoquidem vero in eo „plurima vana, inepta, et S. Anselmi doc„trinae adversa deprehenduntur, indignum „prorsus, quod illius operibus adnumeraretur, „judicatum est" - - - "Honorio „Augustodunensi id operis adscripsit Tri„themius l: de Eccl: Scriptoribus. Guillel„mo Conventriensi Carmelitae, qui vixit „circa ann: 1360. P. Theophilus in Cro„matis adjudicavit: cujus tamen senten„tiam P. Labbe confutat ex Ms. codice „colleg: Clerom: qui hujusce Carmelitae aeta„tem superat. Neutri ego illud opus „asseram, sed cuidam S. Anselmi studio„so, qui ex ipsius maxime Sententiis hanc „christianae, vt ait, Theologiae Summam „concinnavit."

(a) Fol. 6. post Prologuium.

Nota: Elucidarium in veteri codice ms: Monasterii B: Mariae de Fontanis in Dioe, cesi Turonensi nomen Abælardi praefert; in codice Claraevallensi tribuitur Angel, do Montis Leonis. Martene T. V. Col: 1362. Vide etiam Placidum Braun Notit: litt: de codd: mss.

Cod: LXXIV.

I. 6.3.

Chartac: 4. min: Sæc: 17.

Instructio ad Cantum Chorale.

[illegible] Ochsenkopf. ([illegible])

Brevis instructio ad cantum choralem, ab Anonymo coetus nostri concinnata. Incipit: " Pro breviori fundamento Musicae choralis talis Divisio datur " Opusculum mutilum est: desinit enim in verba: " Se, " quitur figura Signorum.

Cod: LXXV.

I. 6.4.

Chart: 4. min: Sæc: 13. & 14.

B: Bartholomäi de Bragantiis Epitome de festis Domini: B: V: M: et Sanctorum

Beati Bartholomaei de Bragantiis Epitome seu concisi Sermones de Festis Domini, B: V: Mariae, et Sanctorum, praecipue ord: Praedicatorum. Titulus est: " Incipit Bartholomeus. " Initium: " Augustino pro, " fessionis meae legifero didici ". Eruditi, quos consului asserunt, Bartholomaeum edidisse

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 73

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27413

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)